

## INTRODUCTIO,

5

nem aliquo modo conducere; multa subtiliter & acute dicta continere: adversus Exercitatem Paradoxum, quatenus Autor ab eo dissentit ejusque doctrinam sibi examinandam & refutandam sumit, multa bene annotare, explicare, monere; & autorem ostendere non vulgaribus ingenii doctrinæ & eloquentiæ donis ornatū.



## TRACTATUS PARTITIO.

Ut autem, quid in eo desiderem, melius appareat, primò breviter exponam, quæ communis Orthodoxorum Theologorum & mea, de Interpretatione Scripturæ sit sententia; cui deinde Autoris hujus dicta quadam non probada conferam: & post particulares navos & vitia doctrinae & assertionū quarundam, alios quosdā generales defectus & navos libri notabo.

---

## PARS PRIMA,

Continens  
Orthodoxam de S. Scripturæ Interpretatione doctrinam.

I.

Interpres igitur, ex communi usu loquendi, apud Latinos, Græcos & Hebreos, est persona media aut quasi media, inter duas partes (seu illas una, seu plures personæ constituant) quæ unius

A. 3

partis